

SILVO KOPRIVA
Ljubljana

UDK 873.4—14 : 929

Viro doctissimo
MICHAELI PETRUŠEVSKI
professori Universitatis Scupiensis
diem natalem septuagesimum
celebranti

Bitola te genuit florens sub monte Pelister,
Lustra replet vitae quattuor atque decem.

Festa, bonum, celebras, cum grata salus tibi servit,
Multa sequantur abhinc talia fausta tibi!

Musarum Graecas artes itemque Latinas
Flagranti iuvenes tu docuisti animo.

Horum etiam Commentariorum auctor fueras tu,
Cum sociis operis strenuus excolis hos.

Almae rector eras quoque Scupis atque decanus.
Usque vallens patriae floreat Alma tuae!

Antiquas tu reliquias sponte effodiebas.
Ipse Academiae conscius es socius.

Illiadem vertisti et Odysseam speciosam
Dulcisona patrie cumque notis variis.

Voces resque Mykenaeas clare explicuisti
Scriptaque docta a te iam edita plurima sunt.

Ipse interpres Aristotelis vocumque operumque
Agnitus es doctus in patria atque foris.

Nomina namque locorum Graecorum exposuisti
Mykenaearumque insuper explicite.

Moscua te vidit et Zadar ibi scholam habentem,
Urbs ad Nevam sic atque aliae pariter.

Suaviter abs te versa est ode dicta Latine,
Lychnida magnificans, ista Makedonice.

Omne tuum studium, versiones ac documenta
Multa valent linguae nempe Makedonicae.

Omnia fausta tibi cupimus nec non bona larga,
Muis sit longum munus alacre tuum!